



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tora nevi'im u-ketuvim

Leusden, Johannes

Amstelodami, 1667

Judicium Rabbinorum Synagogæ Amstelodamensis De hac Sacri Codicis
Editione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39406



דברי משפט אמת

אשר דברו חכמי ישיבת קיק אמשטירדאם יעא *
בשבח הרפסת ספר מקרא קדש הזה :

וזאת

התורה אשר שם המדפיס לפני בני עליה זאת תורת העולה היא
העולה על כל אשר מקדם נסוכה לא היתה כמורה מיום חוסר
מלאכת הדפוס ועד עתה יען אזר כגבר הלציו לתקן כל מעוות
והסרוגות אשר נפלו בכל הקודמים לא יוכלו להמנות פזר נתן למגיחים מנים ממינים
שונים עשרת מונים ולא חס עינו על ממונו לנפות אותה בשלש עשרה נפה מפי
סופרים ומפי ספרים ערוכה בכל ושמורה פעם במסרה ופעם בשני ספרים מדויקים
תורה נביאים וכתובים כתובים באצבע מימים קדמונים וסביבותיהם נשערה מאד
מסרה גדולה וקטנה הכל באר היטב ולכן אתה הקורא אם תמצא איזה חרוש דע והבן
כי הוא אצלך יען שגיאות הקודמים רבו עד כי חדל לספר כי אין מספר לא חס וחלילה
בשנוי הענין והכוונה כי אמרות ה' אמרות טהורות לא השיגם אורך הזמן התפעלות
ושנוי כלל אמנם בחסרות ויתרות אשר רבו ולא השיגו עליהם למיעוט המדפיסים
שלא נשנו ובמכירני וכל זולתם חדשים גם ישנים ויוסף יוסף עוד על השמועה כי
אין מררש בלא חרוש ואין רפוס בלי שבוש וינף עוד תנופת זהב מכיסו להעביר (ע"י
אומנים נאמנים ובקאים אנשי לשון) ממנה כל מוץ על ידי החרט והקולמוס וכל
ישראל ישמעו ויראו נפלאות ותתעדן בדשן נפשם וברכות יעטו לראש משביר ויוסף
הוא המשביר בר לכל העמים הרואים יפי המלאכה וחין ערכה סביבותיה ארשות
בלשון לטן בקיצור מופלג מפורשות כוונים עשויות בחכמה בתבונה וברעת חכם
חדשים ונבון דחש הוא ראש המדברי בלשון הקדש ראש קטדר' אות אויט' ריק הבירה
יוחנן לוזרן וחבריו הנלוים עמו ויען הקרנוה כן היא מחליתה ועד סופה באנו על
החתום להורות לכל העמים והנבונים יקר תפארת גדולתה תורת ה' תמימה משיבת
נפש היום חמשה ימים לחדש ניסן שנת תזכה בעיר המחוללה
אמשטירדאם יעא :

יצחק אבוהב

אהרן צרפתי

משה רפאל די אגילר



Judicium Rabbiorum

SYNAGOGÆ AMSTELODAMENSIS

De hac Sacri Codicis Editione.

HIC sacri Codex, quem Typographus noster nunc in lucem edidit, atque viris gravibus & piis obtulit, ratione perfectionis omnes antiquiores & recentiores Editiones, quæ ab inventâ typographiâ usque in hunc præsentem diem impressæ sunt, longè superat. Idem constanter & firmiter proposuit corrigere ac emendare omnes defectus, qui in Editionibus antecedentibus innumeri fere occurrebant. Atque ut hunc præfixum finem ex voto obtineret, ingentibus sumptibus expensis, doctissimos & exercitatissimos Correctores convocavit, qui hoc opus singulare & excellentissimum secundum exemplaria antiquissima & correctissima, secundum Masoram & sententiam Masoretharum, ac præcipuè secundum duo antiquissima MSS. exemplaria, circumseptâ curiosè Masorâ magnâ & parvâ, correxerunt. Quod si igitur tibi, pie Lector, aliquid novi in lectione occurrat, noli statim illud Correctoribus imputare, ac si illi correctioni non satis fuissent intenti: sed cogita anti-quos Editores non satis ad illud attendisse. Nolumus tamen dicere eos quoad sensum vel substantiam aliquid immutasse; absit hoc: nam Verbum Dei est purissimum, quod nec tempus ipsum potest obliterare, vel alterare. Sed medicam manum adhibuerunt circa multas literas deficientes & redundantes, ad quas propter minutias non attenderunt *Plantinus*, *Bombergus*, alique antiquiores & recentiores Editores, licet accurati fuerint. Præterea postquam folia singula typis elegantibus essent impressa, non contentus his *Joseph Athias*; sed eadem tum adhuc rigidiori aliorum censurâ subjecit. Et si fortè vitium aliquod commissum esse post impressa folia deprehensum esset, illud pennâ in omnibus foliis à doctissimis & peritissimis Scribis subtilitè & accuratè, non sine magnis sumptibus, est emendatum; quod omnes, qui rectè intelligunt, videbunt, mirabuntur, & condignis laudibus hoc Opus deprædicabunt. Deinde ne aliquid in hoc præclaro Opere deesset, curavit hic *Joseph Athias*, admirabili brevitate & fidelitate, elegantissimas notas Latinas margini adscribi à sapientissimo Doctore *Johanne Leusden*, linguæ Sanctæ in Academia Ultrajectina dignissimo Professore. Denique quia nos hunc sacrum Codicem à principio usque ad ejus finem accuratè examinavimus, & purissimum atque omnibus aliis editionibus esse præferendum experti fuimus; ideo eundem doctis & piis Lectoribus præ cæteris commendamus. *Lex Domini est integra convertens animas.*

*Datum Amstelodami, 5. die mensis Nisan,
Anno à Mundo condito 5427.*

*Isack Abuab.
Aaron Serfati.*

c 3

Moseh Raphael de Aguilar.